



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Thesaurus Eloquentiae Sacrae Et Profanae, Saluti &
incolumitati Rerumpublicarum utilissimae**

Alberti, Alberto

Coloniae Agrippinae, 1669

R. P. Johannis Rho Epistola, post lectam, expensamque hanc Actionem, ad
Auctorem data. Ioannes Rho Alberto de Albertis S. P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69225](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69225)

R. P. Joannis Rho Epistola, post
lectam, expensamque hanc
Actionem, ad Aucto-
rem data.

*Ioannes Rho Alberto de Al-
bertis S. P.*

QUAM in corruptores eloquen-
tia Actionem summa elo-
quentia scripsisti, eam ego summa
voluptate perlegi. Utinam id ple-
rique velint, quos seculi insania
transversos agit, ut quum summi sibi
in arte videantur, eam ne quidem
intelligant. Agunt æstu quodam
insanientium ingeniorum, quorum
opes inanissima prodigunt osten-
tatione. Ut omnia autem dicant,
nihil dicunt ad rem, quasi verò nisi
delirent, ingeniosi videri non pos-
sint. Miseret me hominum, quos
malus inficit error, arbitrorque tibi
gratias ab eruditis habendas, quòd
luculenta scriptione fucum deter-
seris, quem eloquentiæ vana indu-
cit

cit

cit opinio hominum. Perge porrò;
atque stylo ad majora traducto, cor-
ruptissimi seculi moribus medicinā
aliquam adhibeto, haud dubius, æ-
vum latura, nō sine ingenti Reipub-
licæ emolumento, quæcunque ab
eloquentia elaborantur. Sed ultra
ævumerit piarum vigiliarum mer-
ces, quam tibi ex animo voveo.
Mediolani iv. Non Jan. M. DC.
XXXIX.

ACTIO-